

qui recipit ordinem ab Episcopo, cui dolose significaverat se esse sufficientem doctrinae, & habere patrimonium per falsas litteras valide ordinatur, quamvis dolo sit contractus, quam ordinari causam dedit, & utrumque ita valet, ut non possit revocari, quod factum est; ergo huiusmodi dolo non sufficit, ut contractus non valeat ita, ut neutra pars resiliere possit. Respondet cum Pontico hoc, quod sit, ut neutra pars resiliere possit, nisi consensus aboleretur liber circa substantiam contractus, ut suo loco dictum est, & legitimum secundum dispositionem legum Ecclesiasticarum; & ad ordinationem etiam non requiritur, nisi consensus liber ordinantis, & intentio suscipiendi Sacramentum. Unde his intervenientibus matrimonium, quod ex Dei decreto est indissolubile, valet, & Ordinatio characteris, nec ex ordinatione divina aliquid annexum habent, ratione cuius valere debeant, supposita fraude ex parte, unius, si altera pars decepta resiliere velit. Ita Franciscus ad verbum l. c. ex quo patet manifesta disparitas quantum ad hoc matrimonium, & aliorum contractuum civilium, de quibus in presenti est sermo; ut diximus lib. 4. disp. 7. de Matrimonio q. 14. art. 1. num. 294. & sic etiam de contractu per errorem, vel dolo facti discutit Stephanus à S. Gregorio lib. 2. de Contractibus capit. 3. plures Auctores adducens pro hoc dicendi modo.

18 Dices, Scotus d. 17. cit. q. 2. art. 3. cond. 3. inter conditiones ad valorem, & iustitiam contractus permutationis requiritur eam praesertim recenser, quod debeat esse sine dolo, & fraude in substantia, ita ut non debeat quis dare, seu commutare unam substantiam pro alia, ut auriculum pro auro; neque debet esse fraus in quantitate, ita quod res ponderis decem librarum commutetur pro re ponderis quindocim librarum; neque etiam debet esse fraus in qualitate, ut quod vinum corruptum commutetur pro vino puro; ergo non tantum dolo, & error circa rei substantiam, sed etiam circa quantitatem, & qualitatem contractus contractum invalidum. Respondet Doctorem utique hanc conditionem exigere ad valorem, & iustitiam contractus permutationis, nempe ut ab sit fraus, & dolo, sedum in substantia, sed etiam in quantitate, & qualitate, ut servetur medium, seu aequalitas secundum rectam rationem, & prudentem estimationem; non tamen eodem modo ita ut dolo sit in substantia, sed dat contractum eo ipso irritum, & invalidum, si verò sit in quantitate, & qualitate non eo ipso sit irritus, sed suppleri debeat, praesertim de deceptio, vel error in re sit notabilis, v.g. ultra dimidium iusti pretii, nam in tali casu deceptus potest cogere deceptorum ad reparandum sibi damnum, & injuriam illatam, nec tenetur rescindere contractum, ut Reginaldus lib. 15. n. 122. & 144. Molina disp. 152. Rebell. lib. 9. q. 4. & alii communiter docent.

19 Tertio conveniunt Doctores, metum gravem ab intrinseco provenientem, hoc est, non incedum a causa libera, sed naturalis, ut metus mortis proveniens a morbo, naufragio, feris, & similibus non invalidat contractum. Et hoc patet ex obligatione eorum, qui in naufragio voyent aliqua, aut promittunt, ut patet ex cap. *dicunt nobis*, de regularibus, & ratio etiam fundet, quia qui se contrahit non decipitur, nec fit ipsi injuria, & propterea liberè, ac voluntariè contrahit, & spondet ergo talis contractus valet, eam offendi non possit, ex quo capite invalidaretur. Metum verb ab extrinseco provenientem, hoc est, incedum a causa libera in ordine ad contractum faciendum, si iniuste incutatur, ita illum invalidare, ut is, cui incutitur, possit ab eo resiliere; hoc probatur ratione jam allata de dolo, qui enim metum iniuste incutit, injuriam alteri intulit, unde tenetur illum in proferam statim restituere, & alter jus habet extendere hanc restitutionem. Et omnes contractus gravi metu ad extorquendum consensum iniuste incutendo celebratos in utroque foro, ac iure esse invalidos, & rescindendos constat ex variis legibus utriusque juris ex L. Canonica, C. *Abbas*, & cap. *Ad audientiam de iis*, quz vii. metusve causa sunt, ubi universales hae regulae traduntur. *Quae metu, & vi sunt de iure debent in irritum revocari. Quae vi, metu, & vi causa sunt, contractus debent revocari in irritum*, & ut habetur expresse L. *si non exceptione*, parum refert, quod talis metus non incutatur a parte contrahente, sed ab alio tertio, qui non fit injuriae participes, ac etiam si metus iniustus non inferretur in ordine ad contractum, sed ad alium finem, quia licet metus inferatur ad alium finem, tamen contractus fit ob illum ad evadendum malum, cuius metus iniuste incutitur. Quando verò datur metus, gravis cadens in consistentem virum, quando verò levis in virum consistentem non cadens, & praeterea quando metus sit iustus,

vel iniuste illatus jam satis declaravimus lib. 4. disp. 7. de Matrimonio quaz. 4. artic. 3. num. 120. & seq. ubi etiam advertimus metum quoque gravem dici illum, qui respectivè solum talis est, considerata nempe conditione, & fragilitate personae, ut si esset mulier, aut puer, aut senex, vel infirmus, quia quod operatur metus in se gravis respectu virorum constantium, hoc talis alius metus operatur respectu talium personarum; quod enim viro constanti formidabile non est, foemina tamen, vel puero, aut seni formidandum merito videtur. Certum tandem est, ut etiam diximus disp. cit. de Matrimonio num. 140. nullum contractum iusto metu celebratum esse invalidum, aut rescindendum etiam in foro conscientiae. Colligitur ex eodem iure l. 1. quia consensus est sufficienter liber, & talis metus ut ait Glossa, non infert injuriam. Ex quo inferunt validam esse donationem ab adultero factam metu iuste incutentis in concubino, ab eo qui accusandus habet, & validum esse matrimonium metu excommunicationis initum ab eo, qui sponsalia contraxit.

20 Quarto, his omnibus tamquam certis admisis, praecipua controversia superest, quae iure contractus gravi metu iniuste incusso celebrati sint invalidi. In qua controversia tres sunt sententiae, duae extremae, & una media. Prima affirmat eos invalidos esse solo iure positivo. Fundamentum est, quia iura non dicunt huiusmodi contractus esse irritos, sed irritandos, ut habetur cap. 2. de his, quz vii, metusve causa sunt, quz vii, & metu sunt, debent in irritum revocari. Accedit etiam ratio, quia iure naturali ad validitatem contractus solum requiritur sufficienter consensus, his autem datur in eo modo contrahentibus, nam qui metu coactus consentit, absolute consentit voluntariè quamvis enim huius nolitio sit adiuncta, non tamen est vera nolitio, sed tantum noletas, quia conditio nolitio non sit impleta, nolitio non potest esse efficax, & sic volitio semper efficax manet; ergo tales contractus iure naturali sunt validi, & tantum iure positivo invalidi. Ita Ricardus, Paludanus, Sotus, Lessius, Sanchez, Sylvius, Caspensis, Amicus, & est communis inter Recentiores. Secunda sententia extrema asserit hos contractus non tantum iure positivo esse invalidos, sed etiam iure naturali. Fundamentum est, quia consensus coactus non est natura sua translatus dominii, & nullus contractus pro metu cadentem in virum consistente exortus, & iniustus est sufficienter ad translationem dominii, quod adeo verum est, ut neque Auctores primi sententiae in contractum matrimoniali negare id audeant, ad quem ob insolubilitatem annexam concedunt ultro requiri voluntarium perfectum absque involuntari admixtione, ergo omnes tales contractus iure naturali sunt irriti, & tantum positivo. Ita D. Bonavent. 4. dist. 29. art. 1. q. 1. Scotus ibidem q. un. cum omnibus Scotistis, Gabriel. 3. dist. 39. q. 1. art. 2. Molina tom. 2. disp. 326. & plures alii.

21 Tertia sententia media distinguit inter contractus lucrativos, & onerosos, & affirmat onerosos esse ipso iure naturae validos, quia est titulus sufficienter ad illorum valorem, & dominii translationem, sicut datur, & accepti lucrativos verò, in quibus nihil rependitur, esse nullos, quia in his nullus alius est titulus ad transferendum dominium praeter voluntatem, quae cum non sit liberalis, & gratuita, sed metu coacta, non est sufficienter ad dominium transferendum. Ita Valquez, quem sequitur Ponticus l. 4. c. 6. & 7. & alii Recent.

Scotus tamen communiter secundum tenent sententiam absolute afferentem tales contractus gravi metu iniuste incusso celebratos esse irritos, & invalidos etiam iure naturali licet in assignanda ratione, vel in explicanda ratione iam assignata non conveniant, cur f. consensus coactus, & per gravem metum, & iniustum exortus non sit ex natura rei sufficienter ad translationem dominii. Vulpes disp. 106. art. 8. hanc rationem assignat, quia voluntarium ex vi, & metu est simpliciter, & absolute involuntarium, procedens ex formali motivo simpliciter, & absolute nolitio, actio autem humana principaliter specificatur ab hoc formali motivo, quia est finis actionis ab agente primo intentus, & idè electio voluntatis ex tali fine procedens absolute nolitio, & solum conditionate volitio est simpliciter, & absolute involuntaria; quare talis metus tollit essentiam actus humani, & consequenter essentiam contractus, ad quem requiritur actus humanus, & liber, qui solus est dominii translatus. Haec ratio falso nicitur fundamentum, nam actus, quos elicit, aut imperat voluntas ex metu quocumque sunt voluntarii simpliciter, & solum involuntarii secundum quid, ut docet Aristot. 3. Ethic. quia non obstant metu quocumque, dum modo usum rationis non tollat, potest homo ponere actionem, vel non ponere, ut patet ex communi exemplo de proiciente merce in mari ob metum naufragii; id autem sufficit ad hoc, ut talis actus sit simpliciter, & absolute voluntarius; ergo quae ex metu sunt sunt simpliciter voluntaria, nam hic, & nunq.

QUESTIO SECUNDA.

De promissionibus, Donationibus, & Testamentis.

25 Postquam egimus de Contractibus in communi; nunc discurrendum est de Contractibus in particulari, & primò de promissionibus, donationibus, & testamentis in titulos specificatis, quamvis enim non sint contractus proprie dicti, sed potius quasi contractus, & semi contractus, ut dictum est quaz. praec. appellarique solent contractus lucrativi, quia nimirum cum lucro sunt, sine onere alterius contrahentis; quoniam tamen aliquam affirmativam habent cum illis satis utile erit vestigare, quid ad eorum naturam spectet quantum ad obligationem, quam secum afferunt, & alia ad eorum quidditatem spectantia, quod breviter sequentibus articulis expendemus.

ARTICULUS PRIMUS.

De promissione, & eius conditionibus.

26 Promissio tam Deo, quam hominibus fieri potest; hic non est sermo de promissione Deo facta, de qua inferius agemus in materia de Voto, sed de ea, quae fit hominibus; quae rursus duplex est, altera dicitur simplex promissio, quae ex mera liberalitate, aut gratitudine alicui alteri promittitur; altera onerosa, quae scilicet, fit sub aliquo onere, vel conditione, & est mutua ex utraque parte; dicitur fore contractus promissivus, & extenditur ad omnes serè stipulationes, & contractus, in quibus promissio aliqua reciproca intervenit; de qua similiter modo non disputamus, sed solum de promissione simpliciter, & proprie sumpta, ut dicit contractum gratuitum. Definitur autem promissio sic sumpta, ut notat Faber de Restit. disp. 47. cap. 14. ab initio, quod sit alius, quo quis spontè, & liberaliter pollicetur alteri aliquid dare, vel facere, etenim promissio differt a proposito dandi, vel faciendi aliquid, quia promissio est actus, quo quis se obligat ad dandum, vel faciendum aliquid; propositum verò licet sit firmum, & deliberatum, non est actus inducens obligationem aliquam faciendi, vel dandi aliquid. Unde ut notat Lessius lib. 2. cap. 18. non sufficit dicere, ego faciam, significando solum animus, & voluntatem faciendi, sed ulterius requiritur, ut fides detur, & obligetur, hoc est, ut homo alteri se obliget.

27 Plures autem assignari solent conditiones promissionis sic sumptae. Prima est, ut promissio sit libera, ac deliberata ea saltem libertate, quae ad peccatum mortale sufficit, quia promissio debet esse actus simpliciter humanus, cum per eam homo gravissimam obligationem sibi importat; quam postea transgrediens mortaliter peccat, nisi levitas materiae excuset, ut posse dicemus; opus est ergo ut in ea obligatione sibi imponenda tanta libertate utatur, quanta ad mortaliter peccandum requiritur. Secunda conditio est, quod promissio sit spontanea, hoc est, ut non sit coacta, & vi facta, sed libera sit metu, & coactione, quae conditio omnibus contractibus generatim communis est, ac sufficienter explicata est quaz. praec. 2. Tertia est, ut sit verbis, vel signis externis facta, quae etiam conditio omnibus contractibus est communis, & deducitur ex natura ipsius contractus, qui versatur inter homines Republicam politicam, & externam constituentes, quae ex natura sua sine externis signis esse non potest. Quarta est, ut promissio sit vera, & non ficta, hoc est, non oretenus, & verbis solum facta, sed animo promittendi, & se obligandi, qui enim voluntatem non habet se obligandi, licet promittat, tamen, ut ait Scotus 3. dist. 39. quaz. 1. §. de 3. articulo, obligationem non contrahit, quia in obligationibus privatis nullus obligatur si se obligare non intendat, nam sine consensu voluntatis nulla actio tenet; quia involuntaria est, & ita habetur in L. *Obligationem* 1. ff. act. & obligat. ubi generaliter traditur, sine animo se obligandi nullam oriri in contractibus obligationem. Quinta conditio est, ut promissio sit acceptata, nam ante acceptationem nullam parit obligationem naturalem, aut civilem, quod similiter de donatione intelligendum est, unde sequitur utramque ante acceptationem posse licite revocari. Ratio est, quia omnis promissio, & donatio suapte natura respectiva est, cuius proinde obligatio ex alterius partis consensu dependet, quare promissio, & donatio hanc a natura insitam habent conditionem, si promissarius voluerit, vel acceptet. Ita fert communis Doctorum sententia, unde miror Pon. disput. 54. quaz. 1. oppositum tenere, quia, inquit, promittens dedit absolute fidem faciendi, quod promissus, non respiciendo ad acceptationem promissarii; ergo tenetur illam

nunc ea liberè volumus eligentes illa, ut minus malum ad minus evitandum, suntque a principio intrinseco cognoscende singula, in quibus est actio; & hoc etiam evidenter convincit ratio pro prima opinione adducta, nam qui metu coactus consentit absolute consentit voluntariè, quamvis enim tali consensui nolitio sit adiuncta, non tamen est vera nolitio sed tantum noletas, cum enim conditio nolitio non sit impleta, nolitio non potest esse efficax, & absoluta, sed tantum inefficax, & conditionata.

22 Faber verò disp. 50. cap. 3. in fine ait, quod ubi est metus, & aequalis coactio licet sit voluntarium simpliciter, tamen est involuntarium secundum quid, & mixtum involuntarium; ad donationem autem, & ad hoc, ut donans dominium transferat, & abdicet a se omne ius in re commutata, vel donata requiritur, ut actio sit omnino, & simpliciter voluntaria, & proinde cum actio facta metu praesertim cadente in consistentem virum sit involuntaria saltem secundum quid & non simpliciter voluntaria, sequitur quod sic accipiens aliquid tenetur ad restitutionem. Immo ait hoc idem dicendum esse de metu quocumque, quia metus qualicumque cum est causa donationis, vel commutationis, semper facit actum involuntarium secundum quid, & tollit voluntarium simpliciter, quod requiritur ad omnem contractum, & commutationem; adeo quod ut consensus sit dominii translatus, iuxta hunc dicendi modum debet esse omnino voluntarius absque ulla involuntaria permissione. Verum nec etiam hae plena, & omnimoda libertas necessaria videtur, ut contractus ex natura rei sit validus, nam neque actus humanus, ut sic, talem libertatem necessario postulat, nam actus ex metu elicitur, cum adhuc sint simpliciter voluntarii, & solum secundum quid involuntarii, possunt esse peccaminosi, vel boni, cum talis libertas ad mortalitatem sufficit, & capacitem bonitatis, & malitiae. Nec etiam talem, & tantam libertatem postulat actus, ut sit dominii translatus, ut patet de contractu iusto metu facti, quem omnes concedunt ex natura rei validum esse, ut supra dictum est, quia in tali casu consensus est sufficienter liber, & talis metus injuriam non infert.

23 Potius ergò mihi dicendum videtur contractus iniusto metu celebratos esse iure naturali invalidos, non solum ratione coactionis annexae, sed praesertim ratione injuriae, quam infert is, qui iniuste cogit ad contrahendum, talis enim injuria, quam patitur ille, qui ad contrahendum cogitur, efficit, ut consensus ab eo coactè praestitus non sit sufficienter dominii translatus. Ex qua doctrina patet quid sit dicendum ad rationem pro prima sententia adductam, nam qui metu consentit coactus, quamvis adhuc absolute consentiat, ac esse consensus sit simpliciter, & absolute voluntarius quantum sufficit ad actum humanum; quia tamen injuriam patitur, quam infert is, qui iniuste ad contrahendum cogit, talis injuria efficit, ut consensus ab eo coactè praestitus non sit sufficienter non habeat transferendum dominium. Nec urget, quod adducitur ex cap. 2. de his, quz vi metusve causa sunt, nam verba illa, quod *quz vi, & metu sunt, debent in irritum revocari*, habent hunc sensum, id est, debet declarari non esse rata, nec valida per Judicem, non quod Judex faciat non esse rata, quae prius erant rata, sed declarat, quod non sunt rata, quae expolitio colligitur ex aliis verbis, quae in eodem textu habentur, quod *quz vi, metu, & metu sunt, caveo debent revocari in irritum*, & ita hunc textum explicat etiam Almainus 4. d. 14. q. 2.

24 Quindò tandem hae disputari solet, an contractus invalidus possit iuramento validari. Sed huius difficultatis solutionem jam innuimus lib. 4. disp. 7. de Matrimonio qu. 4. art. 4. ubi diximus num. 143. Matrimonium metu gravi exortum licet iuramento firmetur adhuc irritum esse, neque tale iuramentum obligationem inducere ratificandi tale Matrimonium. Quare iuxta doctrinam ibi praesertim nunc etiam in proposito dicendum est iuramentum validare non posse contractum ex se invalidum sed tantum validitatem eius suppositam confirmare, & ratio est, quia iuramentum non tribuit validitatem contractui, sed tantum illum confirmat in ea natura, in qua reperit, & idè non potest, si invalidus est, iuramento validari, sicut donatio invalida non potest per confirmationem validari.

inter utramque tamen hoc interest discerni, quod prima est merè gratuita absque ullo donatarii merito procedente; altera verò licet debitum non supponat, debitum tamen supponit gratitudinis, quæ ad retribuendum beneficii inclinatur juxta accepti beneficii mensuram. Secundo dividi solet donatio in puram, & absolutam, in qua nulla limitatio ponitur, & est cum res donata statim debetur, & fit accipientis; & in non puram, nec absolutam, quia nimirum vel fit sub conditione, vel in diem, & certum tempus; donatio sub conditione est, si in aliquo conditio requiritur, ut dono tibi hunc agrum, si uxorem duxeris: donatio in diem est, quæ ad certum tempus limitatur, ut facio te dominum hujus post annum, vel post mortem meam, vel in die mortis; potest etiam fieri in diem incertum, ut quando uxorem ducet. Tertio dividi præcipue solet donatio in donationem causa mortis, & donationem inter vivos, sed quia donatio causa mortis ferè in omnibus imitatur ultimas voluntates, opportunitus de ipsa dicemus a. seq. ubi de testamentis erit sermo, & ultimas voluntates. Donatio inter vivos quædam fit ob causam interpositam, & dicitur donatio sub modo, ut si quis donet aliquid, ut quid certum faciat, v. g. dono tibi mille aureos, ut spectaculum populo exhibeas. causa verò interposita intelligitur (subsequens, & non antecedens, quia sic est donatio remuneratoria; quædam verò fit sine ulla interposita causa. Alia divisiones etiam donationis à Juristis assignari solent, quæ apud Atefanum nostrum videri possunt l. 3. tit. 20. & apud Stephanum à S. Gregorio. l. 2. de contract. c. 14. & alios passim.

48 Sexto quæritur, quibus de causis donatio non solum acceptata, sed etiam tradita licet revocari possit, ubi advertendum est, aliud esse donationem acceptatam ad obligandum cessare, aliud licet revocari posse; quoniam tunc donatio obligare cessat, quando aliqua causa definit ad obligandum requisita, quo fit, ut æque nova, actioe talis donatio vim obligandi amittere possit; fit autem revocabilis, quando vi obligationis adhuc vigente licet revocari possit ob aliquam circumstantiam de novo exortam. Quibus in casibus donatio etiam acceptata obligare definit, licet deduci possit ex dictis in simili de promissione ar. præ. n. 3. modo videndum est, quibus in casibus licet revocari possit. Tertium autem est in primis donationem illam, quæ dicitur inter vivos, cum, scilicet, quis ex mera liberalitate sic donat, ut etiam se vivo, velit rem donatam esse alteri, posse etiam post donatarii acceptationem revocari quibusdam de causis à lege expressis quarum præcipua est ipsius donatarii ingratitudo, ut si donatarius injurias atroces in donantem effuderit, si violentem eum percussit, si ex certa malitia grave damnum bonis ejus intulerit, aut si ad inopiam redactum non auerit. Ita habetur L. final. Cod. de revocandis donationibus ubi tamen communiter Doctores advertunt donatarium ante Judicis sententiam ad restitutionem non teneri, quia est poena, quæ requiritur donatoris querelam, & ingratitudinis probationem. Quod si donatio cum aliqua conditione facta fuit, adhuc etiam revocari potest, si donatarius conditionem in ea appositam non adimpleverit, ut habetur L. c. Sec. ult. de Donationibus. Deinde potest etiam donatio revocari ratione proles susceptæ, ut si quis prole carens magnam partem suorum bonorum donavit, & postea proles ei supervenit. Ita habetur L. si unquam C. de revocand. donat. quia in tali casu donatio facta præsumitur sub conditione, nisi nascatur filii. Tandem revocari etiam potest donatio, si fit inofficiosa, tunc autem donatio inofficiosa dicitur, quoties Pater tantum donat, ut non retineat quantum postulat legitima filiorum portio, & dicitur inofficiosa, quia est contra officium pietatis, quæ postulat, filiis legitimam portionem relinquendam esse. Quod si donatio facta est alicui ex filiis, revocatur solum usque ad legitimam aliorum. Si vero extraneo facta est animo defraudandi filios, revocatur tota, si verò tali animo non fit facta, revocatur, quoad legitimam filiorum, quo modo etiam revocatur, si fit Ecclesie facta, vel pie cause. Donatio verò facta causa mortis potest à donatore usque ad mortem revocari, sicut revocari potest legatum, testamentum; & ratio est, quia hujusmodi donatio ex dispositione juris hanc tacitam habet conditionem nisi revocetur; potest itaque revocari si peniteat donatorem sicut potest testamentum, & legatum L. qui mortis causa ff. de mortis causa donat. Item revocari potest, si donavit intuitu alicujus instantis periculi, ex quo mortem incurtere timuit, nam eo ipso, quod periculum mortis evaserit, tacite censetur revocata donatio. Tandem si donatarius moriatur ante donatorem, tunc ipso jure censetur revocata donatio, sicut etiam mortuo legatario ante legatum nihil debetur. Ita Doctores communiter.

49 Septimo, circa revocationem donationis ratione ingratitudinis triplex occurrit difficultas, Prima est, an ob ingratitudinem possit donatio revocari, etiam si donator dixisset in

donatione, se renunciare huic facultati revocandi ob ingratitudinem subsecutam. Cui difficultati Doctores communiter affirmative respondent, quod ex variis Difficultatibus deducunt, irrunt enim iura non solum donationes ob turpem causam factas, sed etiam quæ occasione peccandi donatarii præbent: talis autem esset prædicta donatio, quia ea renunciatio est contra bonos mores, quatenus occasione delinquendi præbet. Ita Molina, Amicus, Cardinalis de Lugo, & alii passim contra Azorium, Bonacinam, & alios. Secunda Difficultas est, an donatio juramento firmata propter ingratitudinem revocari possit, Cui Doctores cum distinctione respondent, si enim donator simpliciter, & absolute juret, se non revocaturum donationem, nulla facta expressione, quod nolit eam etiam ratione ingratitudinis revocare, affirmant revocari posse, quia juramentum, quando aliud non exprimit, cadit super actum, ipsiusque naturam sequitur secundum omnes conditiones, quæ ex se habet vel ex juris dispositione; cum igitur donatio ex juris dispositione habeat, ut ratione ingratitudinis revocari possit, juramentum eadens supra tactum sine alia expressione adiuncta hanc conditionem non excludit, quam habet ex juris dispositione. Si verò donans expresse juret se non revocaturum donationem etiam si donatarius sit ingratus, negant revocari posse; ratio est, quia juramentum semper est servandum, nisi servatum ve regat in injuriam salutis æternæ, ut habetur c. si verò de jure jurandi, idque ob reverentiam Deo debitam in testem adducto, sed in proposito casu juramentum absque dispendio salutis æternæ servari potest, cum donans non peccet, suam donationem ab ingrato non repetendo. Hæc tamen communis opinio non consonat doctrinæ superius traditæ q. 1. hujus disp. art. 2. n. 24. ubi diximus contractum de re invalidum non posse juramento validari, quia juramentum non tribuit validitatem contractui, sed tantum eum confirmat in ea natura, in qua reperit, & idem non potest, si invalidus est, juramento validari: cum ergo jura invalident donationes, quæ occasione peccandi donatarii præbent, nec per hujusmodi promissiones detur licentia, & occasio peccandi, sequitur tales donationes etiam juramento firmatas adhuc revocari posse, quia juramentum tales donationes non validat, sed tantum eas confirmat in ea natura, in qua eas reperit. Quia tamen opposita opinio communis est, prudentum iudicio me remitto. Tertia tamen difficultas est, an donatio remuneratoria propter ingratitudinem revocari possit. Cui negativè Doctores communiter respondent, & ratio est, quia quod datum causa remunerationis est debitum, debito legitimo, & gratitudinis; leges autem eam tantum donationem statuunt revocandam propter ingratitudinem, quæ merè liberalis, & gratuita animo facta est, & absque ullo debito tam justitiae, quam gratitudinis.

50 Postremò circa revocationem donationis ob problem postea susceptam triplex etiam occurrit difficultas. Prima difficultas est an donatio juramento corroborata possit ob navitatem filiorum revocari. Cui difficultati pariter cum distinctione respondendum est consequenter ad prædicta, quod si Pater donando simpliciter, & absolute juravit, se donationem non revocaturum nihil exprimit, vel cogitando de filiorum successione, donationem posse etiam ab ipso donatore revocari, quia juramentum non excludit ad actum, in quem cadit, tæcitas conditiones, quas sive ex natura sua, sive ex juris dispositione habet unde sicut ipsa donatio, præsumitur Pater non intendisse casum illum de filiis nascituris comprehendere, ita in juramento idem præsumi debet, cum per tale juramentum solum confirmare voluerit donationem secundum id, ad quod se extendebat. Si vero donans expresse juravit se donationem non revocaturum, etiam si filii nascantur, dicendum est non posse à donante revocari, quia cum tale juramentum à donatore servari possit absque dispendio salutis æternæ, cum donans non peccet suam donationem non repetendo, nec occasione peccandi donatario præbet, ut contingit in casu proposito de ingratitudine, idem tale juramentum servandum erit, nisi illud fecisset animo inofficiose donationis, quia tunc juramentum fuisset de re illicita, utpote præjudiciali legitime filiorum, ac proinde inofficiosa ad obligandum. Adhuc tamen in prædicto casu possent filii post talem donationem nati eam revocare, mortuo patre, usque ad legitimam, & non amplius, quatenus inofficiosa est, & contra eorum legitimam, quia pater non potest præjudicare juri, quod illis convenit ad legitimam sibi debitam ex bonis parentis, quæ non obstatte Patris juramento filii post talem donationem geniti jus habet illam revocandi usque ad legitimam portionem sibi debitam jure hereditatis, & hæc est communis Doctorum sententia. Secunda difficultas est, utrum donatio revocetur, si facta donatione filius naturalis, aut spurius nascatur, qui privilegio principis legitimatur. Communis opinio negat contra Julium Cla-

Clarum, & quosdam alios Juristas. Ratio est, quia in L. si 20. C. de inofficiosis donationibus, non fit mentio filiorum naturalium, sed tantum legitimorum, seu qui ex legitimo matrimonio nati sunt, ut textus ille loquitur, non est autem scientia extensio ultra concessionem, & verba legis. Hoc autem intelligendum est de filiis naturalibus, qui sola Principis auctoritate legitimantur, non autem de filiis naturalibus, qui per subsequens matrimonium legitimantur, quoniam hi in jure filii ex legitimo matrimonio nati æquiparantur, ut notat Amicus disp. 18. sect. 6. n. 23. licet non desint qui dicant revocari posse donationem nato filio illegitimo, non solum si per subsequens matrimonium legitimetur, sed etiam quando legitimatur Principis referendo. Ita Julius Clarus, & alii Juristæ apud Molinam, quibus subscribit Card. de Lugo disp. 23. sect. 11. n. 189. Tertia tandem difficultas est, an donatio reviviscat, si filii post donationem nati adhuc vivente patre moriantur. Communis opinio negat, & ratio est, quia donatio pro proles superventum fuit extincta, donatio autem semel extincta non reviviscit, atque idem illi illa per novam voluntatem extinguitur, vel tacitam donatoris in donatarii potestatem transferat, manet sub dominio donatoris. Ita Sylvest. Molina, Bonac. Rebellus, Emmanuel Sa, Amicus, & alii. Non desunt tamen oppositum tenentes, quorum ratio est, quia cum donator eo sit affectu ergà donatarium, ut filios futuros solum ei præferat, nec velit donatarium re donata privare, nisi intuitu filiorum, consequens est, ut velit eam ratam esse, quoties aliqui filiorum præjudicio permanere possit; ergo mortuus filius non potest eam rem revocare, cum jam tunc hujusmodi revocatio non fieret ad consulendum filii, sed ad alium finem. Ita Julius Clarus, Gometius, & alii Juristæ, quibus subscribit Card. de Lugo l. c. num. 182. & hæc de Donatione sufficiunt, de qua alia plura videri possunt apud Atefanum nostrum l. c. l. 3. tit. 20.

ARTICULUS TERTIUS.

De testamentis, ac eorum conditionibus, & speciebus.

51 Primò postquam egimus de translatione domini titulo donationis inter vivos; nunc agendum est de translatione domini titulo donationis causa mortis; quæ ultima voluntas dici solet, eo quod suum effectum non nisi post mortem donatoris sortitur; inter ultimas autem voluntates Testamentum præcipuum tenet locum, & dicitur testamentum, ut nomen ipsum donat, quæ testamento mentis, id est, declarationis, & dicitur ultima voluntas, sed quia voluntas illa est ultima dispositio, quæ de bonis ipsius testatoris post ejus mortem observari debet, nisi per aliud testamentum, aut codicillum illam revocaverit. Unde Testamentum dicitur à Juristis L. 1. ff. de Testamentis, quod fit iuxta voluntatem suam cum institutione hæredis, in quâ quæ voluntas ipsius testatoris post mortem suam, loco generis, quia in hoc convenit testamentum cum legato, codicillo, fideicommissio, & donatione causa mortis; Dicitur iuxta hoc est legibus, juri quæ dispositionibus conformis, alioqui valida non esset; unde quando quis per testamentum intendit aliquid contra bonos mores, vel pietatem v. g. privare filium hereditate, tunc est invalidum, quia talis sententia dicitur de re iniusta, atque idem non obligat; dicitur post mortem, quia per hoc differt testamentum à donationibus inter vivos, quæ ut dominium rei donatæ in donatarium transferant, non expectant mortem donantis, sed statim ea à donatario acceptæ fuerint, ad eas solvendas obligant. Dicitur tandem cum institutione hæredis, quia per hoc differt testamentum a reliquis ultimis voluntatibus; per codicillum enim, legatum, & non institutum hæres, sicut per testamentum, siquidem codicillus aliud non est, quam appendix ad testamentum, in qua fit de bonis testatoris aliqua alia dispositio distincta ab illa, quæ fuit in testamento facta.

52 Secundo duplex in jure distinguitur Testamentum, unum dicitur in scriptis, sed clausum, eo quod testator latere velit, quod in eo continetur, & dicitur scriptum eo quod scripto fiat per testatorem, vel per aliquem alium cum obligatione testatorem dicitur nuncupativum, eo quod testator sine scriptura coram testibus delectat, quid de bonis suis fieri velit post mortem, & ob id etiam testamentum apertum appellari solet, ut habetur L. per nuncupationem C. de Testamentis. Porro ad utrum-

que testamentum, & eorum validitatem plures requiruntur solemnitates a legibus, quæ etiam non sunt eadem in omnibus locis, & passim assignantur a Jurist. & Canonistis, quarum tamen exacta cognitio ad Theologum non spectat, ut ait Pontius disp. 54. q. 4. cui scire sufficit, quod leges observari debent, & quod ex natura rei non requiritur ulla solemnitas, nisi significatio voluntatis testatoris sive voce, sive scriptis significata, sed tantum ex dispositione legum. Unde dimissis aliorum sententis probabiliorum puto eorum opinionem, quæ afferunt testamentum validum esse in foro conscientie, etiam si defint solemnitates a legibus requisitæ, & licet retineri posse id, quod ex tali testamento habetur, sive titulo hereditatis, sive legati. Ita Adrianus, Angelus, Tabiena, Sylvest. Joannes, Medina, Lopez, Lessius, Abellius, & plures alii. Ratio est, quia ut dicitur S. per traditionem Instit. de Rerum divisione nihil est tam conveniens naturalis æquitati, quam voluntatem domini voluntis rem suam in alium transferri, ratam haberi. Tum quia testamentorum solemnitates eo solum a Regibus, & Principibus sunt introductæ, ne quis falsitatis in testamentum incurrat; ut habetur L. Quæstionem C. de fideicommissio; dummodo igitur cerè de ultima testantis voluntate constet, potest quis rem sibi ejus testamento relictam tuta conscientia retinere; etiam si ei defint solemnitates a legibus requisitæ.

53 Tertio, jure nature nemo testari potest qui usi caret rationis pleno, ac deliberato, cujusmodi sunt pueri ante perfectum rationis usum, Holidi, amentes, furiosi nullum habentes lucidum intervallum; ratio est quia cum actus testandi sit ultima voluntas hominis de propriis disponens bonis, non solum in bonum sui, sed etiam aliorum, ad quos talia bona testatoris aliquo jure post ejus obitum spectare possunt, plenum, ac deliberatum rationis usum suapte natura postulat, ne talis bonorum dispositio in alicujus præjudicium cedat. Unde patet testamentum fieri non posse, nisi a tempore rationis, & vim, dolum, ac errorem posse testamenti validitatem impedire ob eadem rationem, sicut, & aliorum contractuum. Jure autem positivo nec etiam quilibet rationis compos testari potest, leges enim statuunt omnes impubes, hoc est masculos ante 14, & foeminas ante 12. annum completum ad testandum esse inhabiles defectu pleni judicii, ac deliberationis perfectæ. Unde hoc impedimentum non ex natura rei provenit, eum possint ante huiusmodi ætatem perfectum habere rationis usum, & consequenter horum testamentum non fore ipso nature jure nullum, sed jure tantum positivo, quod eam ad testandum præscribit ætatem, in qua ordinariè solent homines perfectum rationis usum habere, ut Amicus advertit q. 19. sect. 3. Jure etiam positivo plures alii prohibentur testari, ut Doctores passim docent; & ex non sris Atefanus, & Nicol. de Orbellis loc. cit. prohibetur enim filius familias existens sub patria potestate, utiam si sit pubes, nisi de peculio castrensi, vel quasi castrensi, item prodigus, cui est bonorum administratio interdicta, mutus, & surdus à nativitate, sive casu, aut morbo, qui nec audit, nec loquitur. Firmum tamen, ac ratum manet testamentum, si antequam surdi, & muti fierent, illud consecerunt, ac etiam prodigus ante iuridicam administrationis interdictionem. Ita enint statuitur L. Discretis C. qui testamentum facere possunt, & S. item surdus & S. item prodigus Instit. quibus non est permillum facere testamenta. Prohibentur etiam Religiosi professi, quia per professionem non solum administratione privantur, sed etiam dominio omnium suorum bonorum, & nihil habent proprium, idem nequeunt de illis testari, nec ullam donationem inter vivos, aut causa mortis validam facere; ante tamen professionem testamentum facere possunt, cum tunc possint ad seculum regredi. An autem Clerici, vel Episcopi seculares testamentum condere possint, Doctores communiter affirmant de his, quæ habent de patrimonio, aut doctrina, artificio, seu scriptura acquisitis, aut donatione facta ratione personæ, non intuitu Ecclesie; de rebus autem Ecclesie mobilibus, vel immobilibus testari non possunt, cum non habeant ipsarum proprietatem, sed solum administrationem, & de hoc puncto quinam testari, vel non testari possint alia plura videri possunt apud Amicum loc. cit. Bonacinam, Cardinalem de Lugo, & alios passim.

54 Quarto præterea explicandum est, quinam possint hæredes substitui, qui verò non; & quidem DD. communiter docent omnes non solum privatos, verum etiam communitates posse hæredes institui, dummodo sine hereditatis capaces, & a jure non impediuntur, & ratio est, quia ut aliquis instituitur hæres, nil aliud requiri videtur, quam ut ad se plena potestas in disponente, capacitas in hærede, & forma a jure præscripta. Pro cuius majori intelligentia advertendum est duplex hæredum genus distingui solet. Unum est eorum, qui ex testamento, seu vi testamenti succedere dicuntur, & hi possunt esse varii

dependere tamen à manifestatione externa, tanquam à conditione, sine qua sola promissio interna non obligat, quare sicut lex Principis in ipsius animo retenta, & nondum promulgata non obligat, ita neque obligat internam promissio; hæc enim etiam requirit manifestationem externam per verba, vel minus, quia adhibere externis homines inter se civiliter vivunt, unde ipsoralia non contrahuntur actibus internis, nisi externi accedant, neque ex hoc, quod quis actu interno sibi promittit eam ducere in uxorem, tenetur illam ducere, vel ad manifestandam illi hanc suam promissionem internam, & mentalem. Ad confirmationem negatur consequentia, nec enim par ratio est de Deo, & homine, quia enim Deus intuetur cor, & internas animi cogitationes scrutatur, idcirco promissio interna facta Deo de re bona obligat, statim enim censetur à Deo acceptari; ut potè cui omne bonum placet; homo verò, quia non intuetur cor, & animi cogitationes, nisi externo signo manifestatas, idcirco sola interna promissio alteri homini occulta promissorem ex iustitia non obligat ad eam servandam, cum talis promissio occulta nequeat à promissore acceptari, sine qua acceptatione promittens ex virtute iustitiæ obligari nequit ut patet ex superioribus dictis, & magis patet ex dicendis. Ad ultimum negatur minor, est enim acceptatio necessaria ad jus acquirendum, cum nullum jus absque animo acquirendi comparatur, ut habetur L. 3. §. possideri ff. de acquir. vel. qd. possid. & non tantum ex iure positivo, sed etiam de lege natura requiritur inter homines acceptationem fieri verbis, & signis externis; Deus enim, & Natura verba, & signa dedit hominibus ad simul communicandum in humana societate, & sine verbis, & aliis signis externis humanam commercium haberi nequit, nec contractus civiles inter homines perfici. Alias rationes minoris momenti. Vide solutas apud Amicum disp. 18. sect. 1. & Fabrum loc. cit. & alios passim.

30 Tertia difficultas est, an vi juris naturalis promissio externa obliget ante acceptationem. Dixi vi juris naturalis, quia omnes conveniunt vi juris civilis nullam promissionem quibuscumque signis externis manifestatam ante acceptationem obligare promittentem ex iustitia ad eam servandam; & quamvis aliqui casus à Doctoribus excipi solent, in quibus leges itantur promissiones, & donationes etiam sine acceptatione obligant, ut quando facta sunt à communicatis, vel ad pias causas; tamen ut Amicus advertit loc. cit. sect. 3. num. 49. nulla lex unquam statuit, ut ulla promissio ex iustitia obliget ante acceptationem, sed tantum prohibet, ne alique promissiones ante acceptationem revocentur, ut sunt promissiones universitatibus, ac piis locis factæ, quæ horum potest acceptatione accedente ex iustitia obligant. Affirmant aliqui simplicem promissionem animo se obligandi ad eam promissionem manifestandam, nec à promissore revocari posse absque iuramento, nec à promissore promissario acquisitis ita Covarruvias, Molina, Fernandus, Sylvester, Rebelius, & quidam alii; & à fortiori eandem sententiam tenent, qui præcedenti difficultati dicebant, promissionem internam iure naturæ promittentem obligare ex iustitia ad eam promissionem manifestandam; fundamentum verò deducunt ex natura ipsa promissionis gratuitæ, quæ quia ex animo gratuito, & liberali procedit, statim sufficiens signo manifestata promittentem obligat ad eam servandam, nec ullam ex parte promissarii requirit conditionem, si nimirum eam acceptare velit, ut ceteri contractus onerosi requirant, qui quoniam ex reciproco utriusque consensu dependunt, suscipere natura hæc tacitam conditionem includit, si alter consentire velit. Confirmatur, quia qui sponte dant, si alter consentire velit, obligationem adimplere tenentur; sed qui alteri promittit, sponte se alteri obligat; ergo obligationem adimplere tenentur. Denique tota vis transferendi dominium à promittente in promissarium in sola promissione sita est, & acceptatio est tantum conditio in bonum commune positivo iure introducta; ergo, &c.

41 Communior tamen, & probabilior sententia oppositum docet, ut constat ex dictis supra nu. 27. in explicatione quintæ conditionis promissionis; ubi statuitur promissionem externam naturæ iuri promissorem non obligare ad eam ex iustitia adimplendam, idque ex eius definitione deduximus; dicitur enim datio fieri, quæ acceptationem connotat, & hæc hæc tacitam conditionem, si alter acceptet, sicut contractus onerosus hæc hæc tacitam conditionem, obliquo modo, si te obliges. Confirmatur ex ibi dictis, cum enim promissio natura sua ad alterum ordinetur, non obligat, nisi accedente promissarii consensu, ante quem inefficax est, & insufficientis ad suum effectum operandum, unde tunc rationem promissionis non habet, sed simplicis pollicitationis, ut constat ex dictis nu. 30. Tandem probatur ratione à priori, quoniam ex sola promissione nondum acceptata promissarius non acquirit jus in rem promissam, sola

enim promissio vim non habet transferendi dominium rei promissæ in promissarium, nisi eius consensu accedente, unde quoad promissarii consensum non accedit, res manet suspensa, ut supra dictum est; ergo antecedente ad acceptationem non tenetur promissarius ex iustitia promissionem adimplere, & sine lesione iustitiæ potest eam revocare; consequentia patet, sicut enim omnis iustitiæ lesio supponit jus, quod lædit, ita omnis obligatio ex iustitia de qua hic est sermo; alicuius iuris læsionem supponit. Quam rationem non tantum argere potero in promissione privata, ut quando quis secreto intra cubiculum suum, nemine audiente, diceret, promitto Petro mille, sed etiam in promissione publica, & solemniter facta coram testibus absente, hæc enim quoque ex iustitia non obligat in rigore loquendo, nisi accedente promissarii acceptatione; quoniam tamen talis promissio est publica, & solemniter facta, & cadit sub iudicio, & potestate hominum, potest non sine revocationem fieri posse sine sententia iudicis, in hoc sensu opinor locutum esse Fabrum c. 14. cit. num. 457. quando dixit promissiones publicas etiam ante acceptationem obligare, ita ut promissionem non possit quis recedere, antequam promissarius vel consensum præstet, vel præstare recuset.

42 Ad rationem in oppositum adductam ex natura promissionis gratuitæ negatur assumptum, ut enim sic dicitur in Amicus sect. 3. cit. in fine, ex eo quod promissio fiat animo liberali, & gratuito non bene deducitur eam ex iustitia promittentem obligare ante acceptationem cum hæc non tantum iure positivo, sed etiam naturali, ac gentium requiratur ad hoc, ut ex iustitia obliget, non quidem ut causa principalis, sed ut conditio sine qua non habet completam vim obligandi in actu secundo; etenim sicut hæc non tantum iure positivo, sed etiam naturali ac gentium necessaria est, ut promissarius in rem promissam ius acquirat, ita eodem iure necessaria erit, ut ex iustitia promittentem obliget, cum omnis obligatio ex iustitia ius acquirendum supponat, cuius lesionem iustitia resarcit. Ad confirmationem respondetur eum eodem ibidem, concedendo totum de aliqua obligatione v. g. fidelitatis, negando de obligatione ex iustitia, quæ non extinguitur, nisi à impleretur; atque ita dicendum est promissorem ante promissarii acceptationem obligatum manere virtute veritatis, & fidelitatis, quia tenetur vera facere sua dicta non autem virtute iustitiæ, cum ante acceptationem nullum ius ledatur. Ad ultimum negatur assumptum, cuius falsitas patet ex dictis in probatione nostræ assertionis, quoniam ex sola promissione nondum acceptata promissarius, non acquirit ius in rem promissam, quare sicut tam iure positivo, quam naturali acceptatio necessaria est, ut promissarius in rem promissam ius acquirat, ita eisdem iuribus necessaria erit, ut ex iustitia promittentem obliget.

ARTICULUS SECUNDUS.

De Donatione, & eius conditionibus, ac speciebus.

43 Primò, ut à quid nominis incipiamus, donatio doni donationem importat, ut apparet ex ipsa nominis æthymologia, & notavit Alesanus noiter l. 3. tit. 20. ab initio ex L. Senatus ff. de donationibus causa mortis; duobus autem modis donatio fieri potest, uno modo per pactum, & promissionem nudam, ac simplicem, ut quando quis promittit alteri se rem traditurum, ut fiat ipsius, & postea tradit rem, quæ promissæ, ob promissionem præcedentem, ut habetur L. si quis argentum Cod. de Donat. Alio modo per actualem rei traditionem, ut quando sine ulla promissione præcedente quis rem suam alteri tradit, ut sua fiat. Donatio primo modo facta non est propria, & perfecta donatio, cum enim sit facta per simplicem promissionem, non transfertur per eam dominium rei in donatarium, quia traditio actus lris rei non intervenit, sed donatarium comparat solum sibi ius ad rem promissam, vel potius in promissorem, ut suo tempore promissam solvat, qui etiam quando solvit, quod promissæ, non adhuc proprie donat, quia hæc solutio fit ob causam, id est, ob promissionem præcedentem, & non solus liberalitatis intuitu. Quare donatio solum secundo modo facta, scilicet, per actualem rei traditionem sine ulla promissione præcedente est vera, & propria donatio, in hac enim transfertur dominium in donatarium, eo quod intervenit traditio liberalis à donante, & acceptatio in donatario, & donatio sic sumpta definitur à Vulpiano L. 1. de donat. omnibus, quod est illa, quæ datur aliquis ea mente rem, ut statim vel accipientis fieri, nec ulla causa ad se reverti, & propter nullam aliam causam fieri, quam ut liberalitatem, & munificentiam exerceat. Et breviter definitur ab aliis, quod sit datio liberalis, seu translatio dominii alicuius rei non debita ex iustitia in alium, hoc est, actus sufficientis ad transferendum rei dominium absque ulla retributione,

tionem, quia aliàs non esset donatio, sed minus pro alio commutatio; non enim quisvis translatio dominii appellatur donatio, se hoc nomen impositum est actioni liberali, quæ absque obligatione, vel debito iustitiæ gratis aliquid datur; appositè autem additur rei non debita ex iustitia, quia donatio proprie dicta excludit tantum debitum iustitiæ, non autem gratitudinis, quæ inclinatur ad retribuendum benefactori iuxta mensuram beneficii accepti, unde donatio, quæ dicitur remuneratoria, adhuc est vera, & proprie donatio, ut docet Card. de Lugo disp. 23. de Just. & iure fac. 9. quia licet fiat ad remuneranda beneficia collata, adhuc tamen est datio gratuita, hoc est, non debita ex iustitia, quod etiam tenet ex nostris Hiquibus 4. d. 17. qu. 1. in Comment. 47. licet Bonacina disp. 3. q. 12. punct. 1. oppositum teneat, tamquam communem opinionem, quod tamen minimè verum est, cum communior sit nostra.

44 Secundò quævis ad donationem omnes requirantur conditiones, quas art. præc. diximus ad humanam promissionem requiri, at tamen Scotus 4. d. 17. art. 2. lit. L. ex definitionibus donationis jam assignatis deducit tres præcipue conditiones ad donationem proprie dictam exigere. Prima est, quod sit liberalis translatio ex parte donantis. Secunda quod ex parte recipientis sit voluntas recipientis dominium illius rei. Tertia, quod sit libertas ex parte amborum, huius donandi, & illius recipiendi, hoc est quod nulla lege superioris prohibeatur iste, vel ille, nec per actum alterius; quod dependant in ista translatione. Prima conditio exigitur, ut debitum iustitiæ excludatur, quia si est solutio talis debiti, vel intervegit per mutuum, non est liberalis, ut supra dictum est; quod autem sit translatio, excludit promissionem, quæ est de donatione futura, & non inducit ipsam translationem ex natura sua, sicut donatio, quæ per hoc præsertim à promissione distinguitur, ut diximus, quod promissio solum obligationem inducit ad dandum, & licet det jus ad rem promissam, non tamen dat ipsam rem; donatio verò dominium transfert rei donatæ in donatarium, neque enim perferitur donatio in ratione donationis, nisi traditione reali, vel æquivalenti ad transferendum dominium sufficienti. Secunda conditio, quæ erit, quod ex parte recipientis sit voluntas recipientis dominium rei donatæ, est etiam evidens, quia dominium non acquiritur, nisi per actum, quo voluntas rem donatam accipit, & vult esse suam; & consensum hunc donatarii necessarium esse de donationis validitate statuitur est L. 10. ab iniuria ff. de Donationibus, quia habetur donationem ignorantia factam, ut ei qui consensum præstare non potest, ut infanti, amentis, furioso, & similibus esse invalidam, & nullam. Unde si quis donavit inter se aliquid alteri aliquid ex externa donationis expressione, non obligatur ad eam, ut in simili de promissione interna dictum est art. præc. n. 18. quia donatio mutuum requirit consensum, ut effectum inducat, consensum autem interius sic sumptus non est natus inducere consensum alterius, ut cum eo concurrere, quia sic nequit esse notus, nisi soli Deo, non autem hominibus. Tertia tandem conditio ad iustam, & validam donationem requisita erat libertas ex parte donantis, & illius, cui donatur, id est, quod nulla lege superioris prohibeatur iste, vel ille, nec per actum alterius, à quo in ista translatione dependant. Princeps enim, & Respublica, sicut ab initio potestatem habuit deterperandi prima rerum dominia, ut in superioribus dictum est, ita etiam semper potest statueret leges circa modum translationis dominiorum in personis privatis ad vitandas fraudes, & dolos, qui fieri possent. Et hæc conditio est iure statuta, ut patet in exemplis à Doctore adductis L. c. nemo enim donare potest pecuniam Patri Minori, quia nequit ille ullius rei dominium habere, ut patet ex Clem. c. Exivi de Parodiis, & pluribus aliis expositionibus Sedis Apostolicæ, & Doctorum in Regulari nostram. Nec potest Monachus donare sine licentia Abbatis, & idem est de quocumque alio Religioso sine consensu tacto, vel expresse superioris.

45 Tertio ex prædictis conditionibus ad donationem requisitis facile deducitur, quod donationes sint validæ, & quæ invalidæ, ut Faber noiter advertit disp. 45. c. 1. nu. 6. ex prima enim patet eum solum donare posse, qui rei dominium habet, & administrationem, non autem qui dominium non habet; unde ut ait Doctor, & omnes affirmant, filius familias donare non potest, dum est sub Patris potestate, nisi habeat peculium castrense, vel quasi castrense, ut supra dictum est disp. 3. q. 1. a. 2. n. 49. neque pupillus, dum est sub tutore, neque furiosus, & prodigus, dum est sub curatore, neque uxor de bonis dotalibus, dum est sub potestate viri: etenim ubi omnes hi verum habeant de bonis dominium, quia tamen liberum usum, & administrationem non habent, defectu cuius omnis donatio est irrita, nulla horum donatio est valida; cum enim donatio essentialiter sit libera translatio dominii rei donatoris in donatarium, non solum supponit in donatore dominium, sed etiam administrationem, &

& liberè rei usum, ut donans de illa perfecte disponere valeat. Ex secunda etiam conditione patet, omnes donationes in quibus donatarii consensum non intervenit, esse irritas, & invalidas nullam enim obligationem naturalem, aut civilem donatio inducere potest ante acceptationem donatarii, ut colligitur ex L. Absenti ff. de Donationibus, & L. Nec ambigi 6. c. eodem; unde donationes factæ ignorantibus, infanti, amentis furioso, & similibus, qui consensum præstare non possunt, irritæ sunt, & invalidæ tam iure civili, quam naturali. Ex tertia tandem conditione patet, omnes donationes, quæ sunt contra ordinem juris, sive contra leges, & voluntatem Superiorum, à quibus voluntas donantis, & donatarii dependet, esse nullas, & invalidas. Princeps enim, & Respublica, ut supra dictum est, potestatem habent statuentes leges circa modum translationis dominiorum ad evitandas fraudes, & dolos, qui in contractibus humanis contingere possent; unde plures sunt donationes, quæ spectant iure naturæ, & interno conscientie foro, validæ sunt, & obligatorie, invalidæ tamen, & irritæ iure positivo, & in foro externo. Et hinc concludit Doctor L. c. quod solum Dominus alicuius rei non prohibitus à lege seu Superiore, à cuius voluntate dependat in dando, vel transferendo, vel donando, potest donare rem suam alteri volenti recipere.

46 Quarto, quoniam supra dictum est ad validam donationem requiri omnes conditiones, quas art. præc. ab initio diximus requiri ad promissionem humanam, hinc sequitur donationem aliquam esse illius conditionibus carentem iure naturæ irritam esse. Ex quo inferitur primò omnem donationem involuntariam iure naturæ irritam esse, quia tunc libera non esset, nempe autem donatio suum robur, & virtutem à libera voluntate donantis sortitur, cuius est libera donum de quoque donatio per errorem facta irrita censeri debet, quando error cadit in substantialia donationis, hæc enim sunt cause donationis motivæ, quæ quidem si cognite fuissent, donatio facta non esset, secus verò si error in accidentalibus caderet, hæc enim sunt cause tantum impulsivæ ad donandum, in quibus cognitio adhuc donatio secuta fuisset. Inferitur secundo iure naturæ irritam esse donationem ejus, qui quanto promittit verbis, animam tamen donandi non habuit, donatio namque ab ipsa voluntate donatoris suum robur accipit, quare si donator voluntatem donandi non habuit, sed potius fallendi, & decipiendi, talis donatio irrita erit, quamvis in tali casu posset donator in foro externo cogi ad solvendam donationem, si fuerit legitime acceptata. Inferitur tertio donationem metu factam, & extortam iure naturæ irritam esse, quia donatio est actio merè liberalis, & gratuita, quare suapte natura perit à voluntate spontaneæ, ac deliberatè procedere; non sic autem à voluntate procedere censetur, quando est metu extorta, & hoc intelligendum est de metu gravi iuste inculso eo modo, quo explicatum est disp. 3. quæst. 1. artic. 1. nu. 19. quando enim donatio est tali metu procedit: non est merè voluntaria, sed aliquid habet de voluntario admixtum, quod liberali, & gratiosè donationi repugnat, & hæc est communis Doctorum opinio, & Scoti, præsertim lo. c. ut ostendit Vulpes disp. 106. a. 8. Inferitur tandem omnem donationem ob turpem causam factam, verbi gratia ad falsum testimonium dicendum, vel homicidium patrandum, esse ipso iure naturæ irritam, & ratio est, quia omnis donatio aliquam obligationem inducit, nemo autem ad peccandum obligari potest; ergo nulla donatio talis potest donantem obligare, alioquin peccato donatarii cooperaretur. Et quamvis Amicus disp. 18. sect. 7. num. 92. cum quibusdam aliis dicat, hoc totum intelligendum esse ante paratum peccatum, quia post paratum peccatum potest donatio iure naturæ esse valida, non propter commissum peccatum; sed propter impensum laborem, & periculum, cui donatarius in gratiam donantis se exposuit, quod cum sit pretio æstimabile, est aliqua mercede dignum. Nihilominus artic. præc. num. 29. jam statuitur hoc totum verificari tam ante commissum peccatum, quam post illud paratum, quia semper eadem ratio militat, ut ibi ostendimus. Hoc autem totum dictum est de donationibus irritis, & invalidis iure naturæ spectato, plures enim sunt etiam, quæ solo iure naturæ spectato, & interno conscientie foro validæ sunt, & obligatorie, invalidæ tamen, & irritæ iure positivo, & in foro externo, de quibus ex professo tractant Jurista, & breviter Amicus disp. 18. cit. sect. 8. Caspensis tr. 19. disp. 2. & quidam alii Theologi.

47 Quintò varis sunt species donationis, ut omnes hic notant, & præsertim Card. de Lugo disp. 33. sect. 9. in primis enim dividi potest in donationem merè gratuitam, & in donationem remuneratariam, utraque enim est vera donatio gratuita hoc est, non debita ex iustitia, hoc enim tantum debitum excludit liberalitatem donationis, non autem debitum gratitudinis, ut supra dictum est explicando definitionem donationis à

illam observare, & peccabit contra fidelitatem, nisi fecerit. Falsum enim est assumptum, quia talis promissio, ut dicebam, in se habet a natura hanc conditionem, si promissarius voluerit, vel acceptet; & falsum est etiam consequens, quia ei, qui promissionem non acceptat, neque de illa curat, nulla est obligatio servandi fidelem.

28. Hæc inquam, est communior Doctorum sententia, quam etiam ex nostris sequitur Faber disp. 47. cit. cap. 14. nu. 45. s. dicens, promissionem, antequam acceptetur, nullam parere obligationem, nec civilem, nec naturalem, quod si aderit manifesta ratio, quia ante consensum promissarii nequit promittens illi ex iustitia obligari, nam etiam postquam promissarius promissionem acceptavit, potest talis obligatio tolli, si postea ille noluit amplius acceptare. Et quamvis Doctores aliqui quasdam promissiones excipiant, nimirum scilicet Ecclesiarum, Hospitalium, Monasteriorum, aliorumque locis piis, existimantes etiam ante acceptationem eorummodi promissiones, & donationes obligare, quod Faber quoque satis probabiliter putat loc. cit. alii tamen Theologiam hanc exceptionem non admittunt, asseruntque universam promissionem non acceptatam minime obligare, quia ratio adducta pariter in omnibus militat, quod nimirum acceptatio etiam iure naturali necessaria est, ut promissio obliget, cuiuscumque fiat. Ultima denique conditio promissionis est, ut promissio sit de re licita; nam quæ est de re illicita etiam iure naturali est irrita, & nulla, & ideo in cap. in malis 23. qu. 4. dicitur: In malis promissio restitue fidem, & infra dicitur: Promissio, quæ facta est ad malum, non tenet. Et ratio est, quam Scotus adducit 3. distinct. 39. s. de iuris loquens de iuramento doloso super materiam illicitam transcurrentem, quia scilicet non debet addi peccatum peccato, sicut enim, quando promissio, peccavit, ita intentionem habuit faciendi illud malum, ita adimpledo potest promissum, novum peccatum addere, sicut qui iuravit, se aliquem oculum suum cum intentione occidendi peccavit, & si post iuramentum factum illum implevit, novum peccatum priori addidit. Quare conclusum est Doctores communiter, quod ante operis patriationem nec promissor, nec promissarius promissum servare tenetur, imò promittens revocare tenetur, quia nemo ad peccatum obligari potest.

29. Addunt tamen aliqui, quod parato opere malo tenetur promittens solvere promissum, non solum ex fidelitate, sed etiam ex iustitia, quia non fuit promissio gratuita, sed operosa, nimirum iustitia, & conductio operatum, vel contractus inominatus, do, ut facias; ergo si fecit, tenetur alter ex iustitia prestare, quod promissum, quamvis enim peccatum non sit pretio estimabile ex se, est tamen ratio laboris, periculi, damni, & delectationis, quare opere prestato merces accipi, & exigi potest, quia debetur iure naturali, nec peccat petendo, & accipiendo, quia non se obligat ad peccatum, nec approbat malum, immò potest factum detestari, sed tantum utitur iure suo. Ita Caspensis tractat. 19. disp. 2. sect. 1. num. 8. cum pluribus aliis, quod etiam Faber nosse loc. cit. approbare videtur, hæc tamen doctrina non consonat cum antea dictis questione præcedent. art. 1. num. 11. ubi diximus ex iure civili, solo opere meretricio excepto, post pravi operis implentem nulli pretium promissum esse reddendum ex iustitia, sed in conscientia retineri potest ab eo, in quo impleto opere pravi reperitur. Unde si apud promittentem reperitur, non tenetur reddere operanti; si apud operantem, non tenetur restituere promittenti, sic enim iura loquuntur ibidem adducta. Ubi etiam addidimus hoc iudicium videri dicendum peccato iure naturæ, nimirum etiam post operis implentem contractum de opere malo non obligare promittentem ex iustitia ad pretium solvendum; quia contractus de re turpi ante factum est nullus, alioquin ad peccandum obligaret, quod est falsum, quia impossibile est aliquem obligari ad peccatum, a quo abstinere tenetur; ergo etiam post factum quia post factum non habet vim ex pacto, vel conventionem nova, sed ex antiqua; ergo si ea fuit nulla, contractus adhuc etiam post operis implentem erit nullus, neque ad pretium promissum solutionem obligabit; & idem tenet Poncius disputat. 54. qu. 2. num. 9. Hæc igitur sunt conditiones promissionis, ut valida sit ad obligandum, secundum communem Doctorum sententiam. Unde a Rebello, Bonacina, Caspensi, & aliis definitur solet, quod sit *Datio fidei forma, vera, deliberata, spontanea de re licita.*

30. Ex dictis facile deducitur, quomodo promissio differat a donatione, pollicitatione, pacto, & stipulatione, nam promissio, quando est acceptata, est in promissorem obligationem inducat suo tempore promissum solvendum, ut supra dictum est, nec suam promissionem in promissario semel acceptatam amplius revocare queat; adhuc tamen rei promissæ dominium in promissarium non transfert; hoc enim non nisi traditione regulariter transferretur, ut habetur L. Traditionibus, C. de pactis: dona-

tio vero traditione completa rei dominium in donatarium perfecte transfert. Unde donatarius sui donationis sibi per traditionem factæ realem actionem habere potest in rem ipsam donatam ubicumque & apud quemcumque extiterit, ut eam iure sibi vindicare possit; promissarius vero nullam actionem realem habere potest illam sibi vindicandi, sed tantum personalem in ipsum promissorem. Secundo differt promissio a pollicitatione, quod promissio est datio fidei cum acceptatione, pollicitatio vero est nuda promissio nondum secuta acceptatione tacite, vel expresse L. 3. ff. de pollicitatione, quare omnis promissio est pollicitatio, non vero e contra. Tertio differt a pacto, quod pactio seu pactum est quid generalis promissione, pactum enim est duorum, vel plurium consensus, & conventio in idem ex qua oritur obligatio sive ex utraque, sive ex una parte tantum, ut habetur L. 1. ff. de pactis promissio vero gratuita obligationem tantum in promittente parit. Quarto tandem promissio a stipulatione differt, quod in promissione non semper formula contingit, quæ in stipulatione invenitur, nam stipulatio est contractus verborum, vel formula contrahendi, quæ fit præcedente interrogatione creditoris, & response debitoris L. 5. ff. stipulatio de verborum obligationibus & L. 1. s. Verbis ff. de actionibus, & obligationibus, unde si quis dicit, promittis mihi dare centum, & alter respondet, promitto, censetur stipulatio, quæ formula non semper in promissione contingit, nec est necessaria. Ita Doctores, passim, & præsertim Bonac. disp. 3. qu. 11. punct. 1. in fine, qui plures cit.

31. Quando autem promissionis obligatio cesset, variè solent assignari regulæ, quas singillatim refert Caspensis sect. cit. in fine, & innuit quoque Faber. lo. c. sed breviter dicendum est, promissionem alteri factam, & ab eo acceptatam desinere obligare ex consensu utriusque contrahentis, nam cum hic contractus sit humanus, sicut ex voluntate contrahentium fieri potuit, ita etiam dissolvi potest. Item quando clausus est terminus promissionis adimplenda, tunc enim manet liber ille qui non fuit causa dilationis, quia ad hunc finem assignatus est terminus, ut alter contrahentium propter alterius causam liberè possit a contractu discedere. Item si res promissa sit inutilis, aut illicita, aut impossibilis, aut si status rerum, vel personarum ita mutetur, ut secundum iudicium viri prudentis promissio non videatur illum eventum comprehendere voluisse, & in quo promittens, si scivisset, non promississet, potest enim aliquis casus contingere, quem promittens non advertebat, & si advertisset, se pro illo casu non obligasset. Hoc autem in illo principio fundatur, quod in eo præcise quæque per promissionem se obligat, in quo se obligare intendit; in huiusmodi autem casibus non se obligasset, ideoque nec se obligasse præsumendus est, quod quidem ex conditione rei promissæ, aut ipsius promissoris, vel etiam promissarii, aliique circumstantiis iudicandum est. Et ratio est, quia promissio vim habere non censetur, nisi ex ea voluntate, & intentione, quam promittens explicite, vel implicite habuit, dum promissit; ex quo sequitur, quod ultra hanc intentionem, vel expressam, vel saltem præcise interpretatam obligari non possit. Non tollitur tamen obligatio prioris promissionis per sequentem, etiam iuramento firmatam, quia iuramentum impediens obligationem fidelitatis debet ex prioris promissionem esse de re mala, & illicita, idem enim est, ac iurare non facere, quod facere teneris; tale autem iuramentum non obligat, ut de se patet, atque ideo manet adhuc, & perseverat prioris promissionis obligatio tali iuramento non obstante, & hic est communis dicendi modus Doctorum circa cessationem obligationis iam ratæ, & acceptatæ, de quo plura videri possunt apud Amicum disp. 18. sect. 5. Hic tamen tres occurrunt difficultates breviter discutendæ.

32. Prima difficultas est, an huiusmodi promissio simplex liberaliter facta sine iuramento, & sine aliqua causa, seu ratione debiti obliget in conscientia, seu continet obligationem adimplendi promissum sub pena peccati mortalis. Dicunt aliqui obligare simplicem promissionem ex quadam honestate tantum sed non sub pena peccati mortalis, neque promissionem non adimplere esse ex suo genere peccatum mortale, sed solum veniale, aliquando tamen ex accidenti fieri mortale, sicut mendacium ex suo genere est veniale, ut mendacium officiosum, & iocosum, & tamen aliquando est peccatum mortale, ut mendacium perniciosum. Fundamentum est, quia non observare fidem est esse mendacem; sed mendacium ex sui natura est peccatum veniale tantum; ergo, &c. Ita Cajet. 2. 2. qu. 88. ar. 2. & qu. 113. ar. 1. dub. 4. & sequitur Molina cum aliis disp. 242. & Pont. ex nostris L. c. addunt tamen, quod si promissio sit de re gravi, & transgressio fit contra charitatem, vel ex ea sequatur promissario grave detrimentum, tunc ratione meræ ex subiecta materia non sit contra charitatem, nec damnum notabile sequatur, non est peccatum mortale, sed veniale, & obligat tantum ex honestate, non ex iustitia.

33. Alii vero probabiliores putant promissionem ex genere suo obligare in conscientia ad servandum promissum sub pena peccati mortalis, & non observare promissum esse peccatum mortale, si res promissa sit alicuius momenti, ex accidenti vero, scilicet, ratione levitatis materis fieri veniale. Ita Navarrus, Soto, Lessius, Caspensis, Bonacina, Abellius, & plures alii, & fuit etiam expressè Scoti sententia 4. d. 28. qu. 1. ut Faber notavit disp. 47. cit. cap. 14. ubi enim Doctor in solutione ad 2. principale concedit ad implendum de lege naturæ, esse servandum esse de lege naturæ, & proinde de lege naturæ, esse servandum promissionem transgressio autem legis naturæ ex suo genere est peccatum mortale; omnis enim actus contra præceptum Dei, peccatum mortale, ex suo genere est peccatum mortale. Confirmatur, quia promissio dat jus ad rem promissam, quod etiam ad hæredes debitorum transiit, sicut, & obligatio promissoris ad ipsius hæredes debitorum exigere, vel condonare, quod est signum esse debiti iustitiæ, unde sequitur illam inducere aliquam strictam obligationem, quæ proinde sub peccato obligat. Tandem, quia promissionem non solvens, fidem frangit, frangere autem fidem maximum est peccatum, fide enim seu fidelitate est medio humanæ societatis ablata, tota corruit humana Respublica, cum fidelitas sit homines ex iustitia servare fidelitatem sit fundamentum, quare si homines esse iustitiam fidelitatem non tenerentur, nulla posset esse societas.

34. Ad fundamentum oppositæ sententiæ negatur minor, omne enim mendacium ex suo genere peccatum mortale est, ut docet Scotus 3. d. 39. qu. 1. in argumentis ad oppositum pro parte vera, quia quod est contra præceptum illud legis naturæ *Non facies alii, quod tibi non vis fieri*, est peccatum mortale, mendacium autem est huiusmodi, quia nemo vult decipi à proximo; cum ergo etiam in proposito non observare promissum sit contra tale præceptum, consequenter dicendum est ex genere suo esse peccatum mortale, quia omnis actus contra huiusmodi præceptum peccatum est non observare fidem fieri posse peccatum veniale, nimirum ex parvitate materis, omnes enim concedunt ex hoc capite peccatum ex suo genere mortale posse fieri veniale etiam in aliis materiis, & in hac materia præsertim attendenda est intentio promittentis, an scilicet, intendat se obligare sub mortali, vel veniali tantum, siquidem ut supra dictum est num. 31. promissio vim habere non censetur, nisi ex ea voluntate, & intentione, quam promittens explicite, vel implicite habuit, dum promittit, quod præsertim in obligationibus privatis locum habet, ut Scotus advertit 3. d. 39. q. 1. s. de Tertio, & dictum est supra num. 27. explicando quartam promissionis conditionem. In promissionibus autem civilibus, & moralibus, ut Faber advertit cap. c. nu. 441. promittens regulariter, & ut plurimum sub pena peccati mortalis; neque promissarii promissionem acceptare intendunt (sub hoc maximo opere, sed solum ex quadam honestate, unde in transgressione talis promissionis non est mendacium proprie loquendo, vel solum veniale, quia uterque tam promittens, quam promissarius intendunt esse obligationem solum ex honestate, non ex iustitia.

35. Discrepant tamen Doctores in declarando, quanti valoris, aut momenti esse debeat res promissa, ut promissionis violentia esse peccatum mortale censetur. Navarrus enim ca. 18. nu. 6. cum quibusdam aliis existimat sufficere, valorem rei promissæ talem esse, qui in furto ad peccatum mortale sufficeret. Probabiliores tamen Sanchez, Lopez, Lessius, Caspensis, Abellius, & alii existimant ad inducendum peccatum mortale in promissionem non sufficere materiam, quæ satis esset in furto; sed esse necessariam quantitatem, & materiam longè maiorem, quia obligatio promissionis liberalis minor est, quam obligatio furti neque enim fidem non servans in promissione liberali auferat rem alienam, sicut qui eam furatur, ac proinde multò minor est iniuria, unde homines valde gravius de re furto ablata queruntur, quam de fide in liberali promissione violata; & plene communium hominum afflictionem maior iniuria fieri censetur, si quis aureum unicum furtipet, quàm si quatuor, vel quinque aureos ex liberali promissione debitor non solvat, quia iste non ob id alienam rem abstrahit; hic tamen valor, vel quantitas sufficiens ut promissionis violentia peccatum esse mortale censatur, difficile determinari potest, quamvis enim Sanchez disp. 5. num. 54. dicat necessariam esse quantitatem, & materiam quadruplo maiorem, melius tamen dicant alii hoc viri prudentis iudicio ex æquo, & bono iudicari debere.

36. Secunda difficultas est, An promissio merè interna promissarii Tenet, Moral.

sequatur, non est peccatum mortale, sed veniale, & obligat tantum ex honestate, non ex iustitia.

37. Affirmant aliqui ex promissione interna, & mentali nuda nullis verbis, vel actibus externis explicata oriri obligationem, naturalem in conscientia obligantem ad servandum promissum, licet in foro civili, & externo non obliget. Fundamentum est, quia promissio exterior non alia de causa habet vim obligandi, nisi ex obligatione, & promissione interiore; ergo obligatio interna est vera, & prima radix obligationis, quoniam actus humani obligant ex sola operantis intentione, & tota vis obligandi in humanis contractibus in actu interno voluntatis consistit, & verba sunt signa dumtaxat actus interni, atque ideo solus actus internus ad obligandum sufficit. Confirmatur, quia promissio facta Deo solo interno mentis proposito obligat non virtute Religionis; ergo & promissio facta homini, licet non sit verbis expressa, obligat non proximo virtute iustitiæ. Demum externa manifestatio solum est necessaria, ut promissio acceptetur, sed ad hoc, ut promissio, & donatio sit valida, non est necessaria acceptatio de iure naturæ, & solum de iure positivo introductum est, ut acceptatio fiat verbis, vel iuribus in commune bonum; ergo ex vi iuris naturalis externa manifestatio non est necessaria ad validitatem promissionis, & donationis. Ita Soto, Molina, & Ledesma, ac quidam alii paucissimi.

38. Communis, & probabilior sententia negat ex sola interna promissione obligationem ex iustitia confluere ad mortale obligantem. Ita Azorius, Rodriguez, Henriquez, Reginaldus, Lopez, Amicus, Bonacina, & Faber ex nostris disp. 47. c. cap. 14. Probatur solet ex L. 1. de verb. obligat. ubi habetur, animam in mente retentum obligationem non inducere, sed promissio interna est animus in mente retentus; quod obligationem non inducit. Sed quia quis respondere potest ex vi huius legis haberi tantum quod promissio interna obligationem civilem non inducat, seu in foro civili, & externo; non autem id sufficienter deduci ex ea lege de obligatione naturali, & in foro conscientiæ. Melius hac ratione probatur, quoniam obligatio ex iustitia aliquod jus acquisitum supponit in eo, cui servanda est iustitia ubi enim nullum est jus nulla iniustitia esse potest, & per consequens nec iustitiæ obligatio; sed per solam internam promissionem nullum jus acquiritur in eo, cui promissio facta est, quia ad jus acquirendum requiritur actus voluntatis, quo quis velit jus acquirere ut habetur L. 1. s. Adipiscimur, & S. Ceterum ff. de acquirend. vel amittend. possess. nequit autem talis actus voluntatis haberi absque noticia iuris acquirendi; nemo enim poterit ius acquirere in id, quod est sibi naturaliter ignotum; ergo ex sola interna promissione nulla oritur obligatio ex iustitia in promittente ad eam adimplendam, quia per eam nullum potest acquiri ius in promissario in rem promissam; non enim solus actus internus promittentis vim habet transferendi dominium in promissarium, nisi accedente ipsius consensu. Quod si dicas, promittentem factam internam promissionem teneam promissario manifestare; hoc non bene dicitur, quia tunc per actum internum promissionis promissarius, seu illa cui fit promissio, acquireret jus exigendi manifestationem animi ipsius promittentis, quod pariter est falsum, quia hoc ius cum naturaliter lateret, erit igitur sola obligatio veritatis, quam non solum in dictis servare tenetur ex lege naturæ ad evitandum mendacium, sed etiam in factis; inter iustitiam autem, & veritatem hoc interest, quod ad veritatem fact est, si transgressorem de sua transgressione pœnitat: iniustitia autem semper obligat, quousque illi satisfactum fuerit.

39. Ad fundamentum oppositæ sententiæ dicendum est, quod sicut lex à Principe lata vim principalem habendi habet ab interna voluntate, & intentione legislatoris dependenter tamen ad promulgationem externam, tamquam à conditione, sine qua lex subditos non obligaret, etiam ab illis sciretur, ut suo loco dictum est; ita etiam tota vis obligandi in promissione facta est in actu interno, ut causa principali obligationis ipsius,

depen-

juxta voluntatem testatoris, & succedentium consanguinitatem. Alterum eorum, qui ab intestato succedere dicuntur, vel qui succedunt ab intestato, vel qui testamentum testatoris sunt invalidum, vel qui effectum non est sortiti; & hi succedentes ab intestato tripliciter sunt generis; alii dicuntur descendentes, alii ascendentes, alii collaterales; inter quos hunc ordinem esse servandum jura statuant, quod primum jus succedendi ab intestato habent Descendentes, sive sint filii emancipati, sive non; sive neres, sive feminae, ut expressè statuitur in authentic. de hereditibus ab intestato, & ratio est quoniam bona parentis jure naturæ filii debentur, ut habetur L. cum ratio ff. de portionibus; ut autem filii possint ab intestato, vel ex testamento succedere, legitimi esse debent, vel saltem legitimi. Deficiente autem linea descendendum secundum ius succedendi ab intestato habent ascendentes tam masculi, quam feminae, gradus prerogativa servata, ut nempe proximiores semper remotioribus prerogantur. Tertium tandem succedendi ius habent Collaterales usque ad decimum consanguinitatis gradum, ut definitum est L. Quia igitur §. si igitur defunctus semper tamen inter eos gradus prerogativa servata; deficientibus autem consanguineis usque ad decimum gradum succedit in omnibus bonis defuncti filius, ut habetur L. ff. de iure fisci. Incapaces etiam, sed ad hereditatem inhabiles secundum jura dupliciter sunt generis, quidam ob defectum, & defectum culpabilem, ut Apostatae, & Haeretici, eorumque defensores, receptores, & fautores, & alii plures, de quibus specialiter jura loquuntur passim à Doctoribus adducta. Quidam vero ob votum, & speciale eorum professionem, ut sunt Fratres Minores Regulari S. Francisci in puritate observantes, qui sunt incapaces hereditatis; & legatorum, ut constat in Clementina exivi de verborum significationibus. Hinc tamen non excluditur, quin pro ordinaria eorum sustentatione aliquid accipere possint per modum legati, aut elemosynæ, modo non sit per modum rei stabiliis, aut perpetui redditus, ut notat Glof. in praxita Clem.

55 Quinto conveniunt omnes Doctores, testamentum, & legatum absolute factum posse ad libitum revocari à testatore usque ad mortem, unde quotidiana experientia certissime testamentum revocari, & ita habetur L. si quis in principio testamenti ff. de legatis, & idem apud Iuristas voluntas testatoris perambulatoria dicitur usque ad mortem; à qua tamen regula dicunt excipiendos esse Religiosos professos, isti namque testamentum ante professionem factum revocare non possunt, vel alterare, nam qui testamentum facere non potest, nec etiam illud potest revocare. cum eadem facultas ad utrumque requiratur; cum ergo Religiosus professus testamentum facere nequeat, ut ex dictis constat, nec etiam consequenter illud revocare poterit. Dubium tamen est, an testamentum juramento confirmatum revocari possit, quando nimirum juravit se illud non revocaturum, quod rursus duplicem sensum habere potest; primus est, an licet revocari possit, secundus an saltem valide, aliud enim est licet revocare, aliud invalide, cum multa illicitè fiant, quæ tamen facta tenent, sicut qui juravit se aliquam ducturum in uxorem, si postea aliam ducat, valide ducit, sed illicitè. Aliqui affirmant testamentum etiam juramento firmatum nedum valide, sed etiam licet revocari posse. Ratio est, quia juramentum sequitur naturam actus, super quem cadit, et enim velut accessorium, quod sequitur naturam principalis; sed actus super quem cadit juramentum in proposito est testamentum, quod suapte natura revocari potest, & hanc habet ex sui institutione tacitam conditionem, nisi revocetur; ergo testamentum revocari potest, etiam postico juramento, nedum valide, sed etiam licet.

56 Communis tamen, & vera sententia docet testamentum juramento firmatum valide quidem revocari posse, non tamen licet, nisi in aliquo speciali casu. Ita Covarr. Julius, Clarus, Gomez, Sylvester, Molina, Bonac. Sanchez, Card. de Lugo, & alii communiter. Quod valide tale testamentum revocari possit ex eo patet, quia sicut qui juravit non donare aliquid alicui, adhuc tamen valide donat, licet peccet juramentum non servando, ita qui juravit testamentum non revocare, adhuc valide revocat, quamvis revocando peccet, & ratio est, quia juramentum non tollit à jurante dominium rerum suarum, & suæ voluntatis; ergo cum per testamentum non transulerit absolute dominium, sed cum subordinatione, ad hoc, ut aliter postea disponat, juramentum facere sequitur, quin valide adhuc de ipsis, ut voluerit, disponere possit. Quod vero licet revocari non possit ex eo constat, quia juramentum semper servandum est, quoties sine peccato servari potest; in hoc autem casu sine peccato servari potest, cum possit non revocare testamentum, nec ad illud revocandum tenetur; ergo qui juravit se non revocaturum testamentum graviter peccat revocando illud, quia ad observantiam juramenti tenetur. Quod tandem in aliquo ca-

su, non tantum valide, sed etiam licet revocari possit probatur, quia si probabiliter testator prævideret ex primo testamento plura mala successura, possit licet revocare, ac etiam teneretur, quia juramentum de re mala non obligat, nec observari debet. Ad fundamentum oppositæ opinionis dicendum est cum præcatis Auctoribus, juramentum sequi naturam actus principalis quoad tacitas conditiones, nisi conditiones excludantur; in proposito autem casu jurans se non revocaturum testamentum, tacitam conditionem testamenti expressè concludit, cum per tale juramentum intendat non revocare testamentum, quod ex sua natura revocari potest.

57 Hic tamen advertendum est cum Molina disp. 149. & 152. Lestio dub. 3. n. 98. & seq. Steph. à S. Greg. l. 2. de Contract. c. 23. n. 2. & pluribus aliis, quod si primum conditum testamentum, & juramento firmatum, fuisset ita factum, & confirmatum ex promissione testatoris alteri, vel pluribus facta; jam dicti promissarii jus essent adeque juxta promissa, & confirmatum ex testamento, dummodo ipsi acceptaverint, quod ius transit ad heredes etiam dictorum promissariorum. Ex quo deducitur tam ipsum testatorem teneri confirmare in secundo testamento, quod promiserat, & acceptatum fuit in primo, quam ejus heredes, quia hereditas semper transit cum onere suo; unde sic heredes omnibus debitis testatoris satisfacere tenentur, sic etiam obligantur satisfacere dicto oneri, seu contractui facti à testatore, & promissariis primo testamento ex iure iuri per ipsos acquisito in foro conscientie vigore simplicis promissionis, & in foro fori vigore præstiti iuramenti, & idem sentit Bonacina disp. 3. punct. 6. in fine. Alia pars de testamentis apud citatos Auctores videri possunt, quæ potius ad Juristas spectant, quam ad Theologos, qui etiam norant, ad hoc ut testamentum, vel legatum pium per testatorem faciendum animæ suæ prodesse possit, opus esse ut illud faciat, dum est in statu gratiæ, & idem dicunt in infirmatibus prius Confessariorum esse vocandum, quam Notarium, & si fecerit testamentum in malo statu, poterit illud ratificare, dum est in gratia.

QUESTIO TERTIA.

De Commodato, precario, & deposito.

58 Doctor noster 4. d. 15. qu. 2. art. 2. explicata translatione rerum quoad dominium auctoritate privata, sed liberaliter facta aliocuius retributionis expectatione, qualis est Donatio, Promissio, & Testamentum, de quibus questione precedenti actum est; antequam ageret de translatione rerum quoad dominium non omnino liberali, sed quæ aliquam retributionem expectat, quæ translatio omnes alios contractus onerosos complectitur, in quibus dominium transfertur, agit de translatione liberali rerum quoad usum tantum, & non quoad dominium, qualis est accommodatio. Nos igitur etiam postquam egimus q. præc. de translatione rerum liberali quoad dominium, iuxta hunc ordinem Doctoris agemus de translatione rerum liberali quoad usum tantum in præf. q.

ARTICULUS PRIMUS.

Quid sit commodatum, & quomodo à precario discriminetur.

59 Cotus itaque l. e. lit. K. inquit, quod donationi correspondet alius modus transferendi solum usum, & talis vocatur liberalis accommodatio, nam habens dominium in aliqua re potest eam liberaliter alteri accommodare, nullum fructum, vel proventum ex tali accommodatione expedando, in quo casu, vel contractu talis non transfertur rei dominium, sed solum usum, idem quo non est datio simpliciter, sed sola accommodatio liberalis; unde ea, quæ requiruntur ad liberam donationem, requiruntur etiam ad liberam accommodationem ad hoc, ut sit iusta, nimirum tres ille conditiones. Prima quod accommodans sit dominus rei, & habeat liberam voluntatem nulli subiectam. Secunda quod recipiens velit rem accommodatam ad usum accipere. Tertia quod non sit aliqua voluntas legis, vel Principis illi accommodationi obstantes. Hæc Scotus ibi breviter docet de accommodatione, ex quibus facile eius definitio educi potest, & est, ac difficultates circa illam occurrentes possunt resolvi. Quoniam igitur dictum est, quod accommodatio est liberalis rei translatio quoad usum, recte definitur hoc modo, quod sit generalis, quæ res alteri gratis conceditur ad certum aliquem usum, quæ est definitio assignata in Inst. quibus modis contrahitur obligatio §. lit. 15. & deducitur ex ipsa nominis etymologia

com-

commodatum enim ita dicitur, quasi datum sit commo al- terius. Dicitur contra illud loco generis, quia in hoc convenit cum aliis contractibus, dicitur gratis ad denotandum, quod commodatum est datio rei liberali alteri, & sine alicujus retri- butionis expectatione, & per hoc commodatum à locatione dif- fert, & commodatum à locato, quia locat non fit gratis, sed precio; dicitur conceditur, quia commodatio est rei concessio, non translatio, siquidem commodans rei dominium, & possessionem retinet, & solum usum concedit, ut habetur ff. rei commodata. Addeur tandem ad certum aliquem usum, quia usus, ad quem fit, debet exprimi, ut commodato tibi equum, ut eum ducas ad bellum, vel ad villam, unde revocari non potest, nisi expleto usu ad quem factum est, & in hoc differt à precario, quod fit sine præfixione usus certi, unde potest quandoqueque revo- cari, ut habetur c. in commodato §. sicut hæc omni. Ità hanc definitionem explicat Alesanus nosster l. 3. tit. 26. ab initio, Fa- ber de Restit. disp. 46. cap. un. & ceteri DD. passim.

60 Itaque de substantia commodati primo requiritur tradi- tio rei L. obligamus ff. de actu, & obligacione, secundo ut adfit consensus contrahentium l. 1. s. adeo ff. de pactis, hoc est, ut commodatarius consentiat illam rem ad usum accipere, quia sine tali consensu non est contractus. Tertio, ut rei commo- datae dominium penes commodantem maneat L. rei commo- datae ff. commodat. Quarto ut reddatur eadem res in specie ut loquuntur Jurisf. vel ut melius loquuntur Philosophi, eadem res in numero Inlittur, quibus modis contrahatur obligatio §. item 15. Quinto, ut commodatur gratis, sed ut gratis fiat ista commodatio nulla expectata retributione ibid. v. sic. Commodat. Sexto tandem ut detur ad aliquem usum specialem, & ad aliquod tempus certum expressè, vel tacitè, ut ait Glof. cap. 1. de commodato, Ità Faber l. c. n. 6. Steph. à S. Greg. l. 2. de con- tract. cap. 56. & alii passim. Ex quo sequitur illos tantum com- modare posse, qui possunt contrahere, & qui habent rerum pro- prietatem, vel saltem usufructum, aut jus administrandi, & consequenter non posse commodare, qui non possunt contrahere, ut sunt pupilli, impuberes, furiosi, & similes; item nec filium familias, nec servum, nec femur, cum nihil habeant, quod suum sit, unde probandum non est, ut bene Faber advertit l. c. n. 5. quod ait Azor. p. 3. lib. 7. c. 3. de commodato furem, scilicet, filium familias, servum, & possessorem mala fidei pos- se commodare; cum enim nec dominium habeant, nec jus ad- ministrandi, vel utendi re non possunt illam commodare; nisi enim quis jus in usum rei aliquo modo sibi comparaverit, vel quia illam condaxit, vel alia ratione, non potest eam com- modare; qui autem habet jus utendi re aliqua, potest eam alteri commodare, nisi aliter convenit cum quo Domino, ut notat Bonav. d. 3. q. 4. p. un. n. 2. & ratio est quia quæ decernitur L. 1. s. inter commodatum ff. commodati. Ubi etiam n. 4. ad- vertit cum aliis Doctoribus durante tempore contractus com- modati expensas ordinarias ad commodatarium pertinere, nam ejus est commodatum, ejus etiam est onus, & in commodum L. 1. in rebus §. possunt ff. commodati, unde qui accipit equum commodato, tenetur illum alere, ferreis laminis munire, & similia facere. Extraordinariae vero ad commodantem pertinent, modo non fuerint tenues, & exiguæ, nam extraordinarie ce- dunt in utilitatem commodantis, ex lege citata.

61 Rursus ex dictis conditionibus ad commodatum requisi- tis sequitur rem ad certum usum commodatam ad alium trahi non posse sine commodantis consensu, sive voluntate ejus sal- tem præsumpta; si vitietur verò, aut pereat in eo usu ad quem concessa fuit, vitietur, aut perit commodatum, modo abfit cul- pa commodatarii; nec etiam ante præscriptum tempus revo- cari posse, quoniam ut supra dictum est per hoc commodatum à precario discriminetur, ad quod concedi solet absque certi usus præfixione, sed ad merum concedentis nutum, & bene- placitum illud verò ad certum usum commodatarii, ante quem finitum acquiritur accommodante revocari. Est tamen difficultas, an possit comodans ante tempus præscriptum revocare com- modatum, nova superveniente causa à principio non prævisa, propter quam majus, vel æquale patiatur damnum; non revocet, quam acciderit æquale, si restituit; dixi autem, nova superveniente causa à principio non prævisa, quia si com- modans, quando rem commodavit, prævidit, & timebat illud detrimentum futurum esse, vel posse, & tamen commodavit, certum est neque in conscientia neque in foro externo commo- datum revocare posse; quia in tali casu non solum ex mera liberalitate censetur commodare voluisse, sed etiam detrimentum illud in gratiam commodatarii ferre. Negant Nav. in Man. c. 17. Emmanuel Sa v. Commodatum, & quidam alii, quia com- modans tenetur servare fidem commodatarii qui jam in illa re jus acquisivit, idem licet prius possit potius sibi providere, quæ alii de re sua, non tamen postquam eam alteri concessit. Tum

quia sicut non potest quis in æquali, vel majori damno rem al- teri donatam revocare; ita nec usum rei, qui à commodante ad tempus conceditur.

62 Communior tamen, & probabilior opinio affirmat licet in tali casu id fieri posse, & non tantum in foro conscientie, ut dixerunt Angel. & Sylv. v. Commo, sed etiam in utroque foro, Ità Molina disp. 194. Amicus dil. 32. sect. 1. Fab. ex nostris loc. c. & Hiq. Com. d. 15. q. 2. n. 56. & plures alii. Ratio est, quia non præsumitur, quod commodans habuerit intentionem com- modandi rem cum tanto suo detrimento, nisi illud aliquo mo- do constet; in contractibus autem gratuitis, quale est commo- datum, non plus commodans adstringitur, quam fit intendere obligare, & idem in tali casu non tenetur commodans servare fidem commodatario, & revocare poterit, quia non fuisset facta commodatio, si tale damnum sequens prævisum fuisset, unde conditio illa videtur implicari in ipsa concessione prima, ut scilicet, repetere possit in casu damni propti, quam providere debet commodatarius, ut sibi prospiciat. Nec valet paritas ad- ducta de donatione pro opinione opposita, quia per donationem transfertur rei dominium, & fit sub perfecto donatarii domi- nio, ac proinde de illa re donator amplius disponere nequit; non sic autem contingit in commodatione, quia per ipsam non transfertur rei dominium in commodatarium, sed tantum usus, quamvis etiam donatio in quibusdam casibus possit à donante revocari, ut jura testantur, & dictum est q. præc. Olim igitur res commodata maneat adhuc sub commodantis domi- nio, potest in æquali, & tanto magis in majori necessitate ab ipso revocari. Et ita etiam diffinitur Card. de Lugo disp. 33. sect. 2. & alia plura de commodato apud Alesanum l. cit. vi- deri possunt, quæ ad Juristas spectant, & apud Valpem disp. 108. & alios DD. passim.

63 Quoad aliam questionem partem de precario, ut à quid nominis incipiamus, precarium dicitur eo quod fiat precibus illius in cujus commodum conceditur, & definitur à Justinis l. 1. ff. de precario, esse illud quod precibus petenti utendum con- datur, quandovis qui concessit, petenti, sed non revocari potest, id est, est contractus, quo quis concedit alicui alteri precibus petenti, cum potest esse illud repetendi quoties voluerit, ex qua definitione constat, in quo conveniat, & differt ab aliis con- tractibus. Primo enim à donatione differt, quia qui donat do- minium rei transfert, & sic dat, ut non recuperet, quod dat; sed qui precario concedit solum usum transfert, & sic conce- dit, ut recuperet quandoqueque placebit. Secundo convenit cum commodato, quod in utroque usus tantum rei conceditur gratis, manente dominio, & proprietate penes concedentem, Differt autem à commodato, quod hoc ad certum usum, cer- tumque tempus præfari solet, ante quod licitum non est con- cedenti revocare; illud verò neque ad certum usum, neque ad certum tempus, sed ad nutum, & placitum concedentis revoca- ri potest L. 3. ff. de precario. Tertio differt à locato, quia locatum non est gratuitum, & locatio fit in utriusque contrahen- tis utilitatem, precarium verò in utilitatem utriusque accipientis. Quarto differt à deposito, quod precarium solum ad custodiam, & hoc etiam regulariter fit in favorem deponentis, illud verò in favorem accipientis. Quinto tandem differt à mutuo, quod in hoc transfertur dominium, non autem in precario, & per hoc etiam à venditione differt, ac etiam quia venditio est contra- ctus onerosus, non verò precarium. Ità Alesanus l. 6. cap. tit. 27. art. 7. in fine, & post ipsum Lessius, Azorius, Reginaldus, Pona- cina, Amicus, & alii passim.

64 Rursus ex allata precarii definitione colligitur tres præ- fertim conditiones ad precarium requiri, ut notat Bonacina disp. 3. quæst. 14. p. un. Primo enim requiritur consensus dan- tis, & recipientis. Secundo requiritur traditio rei, hic enim contractus traditione rei perficitur. Tertio, ut ille qui tradit precarium, possit illud repetere, quoties voluerit; unde pre- carium in primis duabus conditionibus, cum commodato convenit, per tertiam verò differt; nam commodatum ante tempus statutum, vel usum completum revocari non potest, precarium verò maxime nisi aliter postulet charitas, ut acci- dit, quando revocari non potest sine gravissimo damno illius, qui precarium accepit L. 1. ff. de precario. Ex hac etiam tertia conditione sequitur, quod in precario non potest pactum ini- ri ab initio, ut ille qui precarium tradit, non possit repe- tere, nisi post certum tempus, nam hoc pactum esset contra naturam precarii, ac etiam injustum, quia fieret pactum, ut quis re aliena uti possit in vitio domino, atque idem in tali casu precarium esset invalidum, ut habetur L. Cum precarium ff. de precario. Quando autem tale pactum apponeretur, tunc precarium in alium contractum mutaretur nempe in com- modatum, quia tunc talis contractus conditionis precarii

non

